



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Patris Alberti Chanowsky è Societate Iesv
Vestigivm Boëmiæ Piæ seu: Res Qvædam Memoratv
dignæ, quæ in Boëmia præsertim in Districtu Prachensi &
Pilsensi, vel ab hominibus sunt piè erga Deum ...**

Chanovský, Albrecht

Pragae, 1659

Auctarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50656)

17
it; fures enim direpto quodam templo, id
illuc projecerunt. Quidam autem vir &
Mulier valde adversa valetudine colluctā-
tes eò advenerunt, Christum adocaverunt
& sanati sunt.

Olomucij in Moravia eo loco, quo nunc
est sacellum nobilium convictorum, fuit
quondam synagoga, in qua Iudæi V. Sa-
cramentum confixerunt: Et hinc origo il-
lius sacelli: nec ab eo tempore quisquam
Iudæorum in ea vrbe habitat.

Auctarium.

Clezinij, civitate olim Pikartitarum
Chæreticorum nido, Fides Catholica cœ-
pit post Anni 1620. Victoriâ à Ferdinan-
do Secundo Casare in albo Monte obtentâ
flouescere hâc occasione. P. Ioannes Flaxi-
us è Societate IESV ibi feminam quandam
agrotam cognomine Holubianam sacrâ sy-
naxi refecturus accesserat. Dumque sacra-
cratissimam hostiam super petenam elevatâ
iam porrigere pararet, repente ex hostia illa
cepit.

cepit sanguis guttatim stillare; nemine tamen id ipsum præter solam egrotam advertente. Quæ cum paulo ante hæreticis adhaesisset, negassetque sub specie panis, etiam sanguinem Christi Domini contineri, hoc prodigio admonita, cepit & ipsa tantò firmitus Catholicam amplecti veritatem; & ad aliorum conversionem maximum attulit momentum, cum hoc suum visum plurimis divulgasset, idque constantissimè testaretur ad mortem usque, quæ paulo post fuerat consecuta.

Cum Anno Domini 1618. Hæretici, qui civitatem Pilsnam duce Mansfeldio obsidebant, Templum omnium Sanctorum in colle civitati vicino locatum convertissent in ovile, eorum quidam super aram maximam perculanti proterviâ iacere, & dormire ausus inventus est à sociis suis exanimis, & ex ara translatus ad sepulcrum.